

Communi post captionem pignorum debitoribus dabatur ad solvendum, per text. in leg. Debitoribus, hodie restringitur ad decem dies in rebus mobilibus, & ad triginta dies in rebus immobilibus.

43. Adverte præterea, quod citatio que debitori fit, ad videndam ultimam executionem, id est, de trance, y remate, in persona ipsius debitoris fieri debet, si inveniri possit: alioquin si latiter, aut contumaciter ablit, ita quod inveniri nequeat, tunc citatio ad domum sufficit, juxt. text. in dict. leg. 19. tit. 21. lib. 4. Recop. (n) 44. Caterum si debitor a loco absens sit, vel absque hæredes defunctus, ad hoc ut executio in bonis suis pro debito peti possit, dandus erit defensor bonis suis, cum quo acta iudicii celebrentur, ut supra diximus.

45. Qua citatione præmissa, ad ultimam executionem debitor tenetur comparere intra tres dies, obijciendo suas exceptiones, & si non comparuerit, tunc Judex profert suam sententiam ultime executionis, jubetque solutionem creditori fieri, juxta text. in dict. leg. 19. tit. 21. lib. 4. Recop. 46. At verò si intra prædictos tres dies comparuerit, suas exceptiones obijciendo, Judex præcipit, coptam libelli oppositionis creditori exhiberi, imponitque debitori decem dies, ut prædictas exceptiones probet: quod omnino facere tenetur, juxt. text. in dict. leg. 19. tit. 21. lib. 4. Recop. 47. Qui decem dies currunt à die, quo portectus fuit libellus oppositionis, juxt. text. in leg. 3. tit. 21. lib. 4. Recop. Et ita, si reus, antea quam præconia subhastationis fiant, vel antea quam ad ultimam executionem citetur, comparuerit, se opponendo executioni, & suas exceptiones contra eam allegando, prædicti decem dies currunt à die prædictæ oppositionis, & non gaudebit terminis præconiorum, & citationis ad ultimam executionem. 48. Et cum prædictus terminus decem dierum probatorius sit, debet esse communis utrique parti: 49. in Lusitania verò solummodo sex dies contendantur debitori, ad opponendas suas exceptiones contra executionem: quæ exceptiones legitime debent esse, juxta text. in leg. 1. cum duabus sequentibus, tit. 21. lib. 4. Recop. quocirca opportune videndum erit, quamnam exceptiones executionem impediant.

* * * * *

EX CAPITE TERTIO.

SUMMARI A.

1 Exceptio solutionis, pacti de non petendo, usurarium, quod metus, aut vi contractus fuit celebratus: & exceptio falsitatis contra substantiam instrumenti, executionem impediunt.

2 Exceptio nullitatis instrumenti executionem impedit.

3 Exceptio nullitatis, etiam provenientis ex defectu solemnitatis contractus, impedit executionem, ut in pluribus hic positus exemplis.

4 Exceptiones qua juris sunt, sufficit, quod allegentur, & si intra decem dies non probentur, veluti exceptio nullitatis provenientis ex defectu solemnitatis contractus.

5 Exceptio nonnumerata pecunia, impedit executionem, opposita infra biennium.

6 Exceptio rei non tradita contra executionem admittitur.

7 Exceptio reconventionis executionem impedit, & quomodo intelligenda sit Avendanius, qui contrarium sustinet.

8 Exceptio compensationis impedit executionem.

9 Restitutionis in integrum petitio executionem impedit, contra Avend.

10 Exceptio, quod causa debiti in instrumento non continetur, impedit executionem.

11 Exceptio elapsi decemni à die contractus pure celebrati, vel alias à die solutionis impedit ejus executionem.

12 Debitum peti potest via ordinaria, etiam transacto decennio: licet per ejus lapsam executiva præcludatur.

13 Lapsus decemni à die celebrati contractus, vel solutionis non tollit ejus vim, ad probandum debitum, sed vim executionem amovet.

14 Actio personalis indistinctè viginti annis durat, contra Palat. Rub. Gom. Covar. & Menchacam.

15 Lex 3. tit. 13. lib. 3. Ordin. vet. expressè abrogatur per leg. 6. tit. 15. lib. 4. Recopil.

16 Instrumentum, quod de falso redarguitur, si intra decem dies non comprobatur, impeditur ejus executio.

17 Impedit executionem exceptio, quod dies solutionis nondum cessit.

18 Judex ex officio petentem ante diem solutionis repellere potest, si id ex instrumentum

mento sibi confet.

19 Contra debitorem suspectum de fuga, vel ob aliam justam causam, creditor ante diem agere valet.

20 Propter pendentiam compromissi impeditur sententia, aut instrumenti executio.

21 Executionem petitam, virtute alicujus sententia arbitraria, qua exceptiones impediunt.

22 Quæ necessaria sint, ut arbitraria sententia executioni mandari valeant, remissivè.

23 Exceptio, quod summa, de qua executio petitur, non comprehensa reperitur in instrumento, executionem impedit: ut in tacita reconductione.

24 Contra executionem sententia criminalis omnes exceptiones legitime admittenda, etiam si non sint ex contentis in dict. leg. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. Recop.

25 Exceptio appetiti juramenti in contractu, aliàs valido, inter laicos celebrato, executionem impedit.

26 Exceptio, qua oriri potest in ipsa executione, secundum mentem iudicis proferentis mandatum, executionem impedit.

27 Si principale instrumentum non præsentetur, licet de eo, & ejus tenore testes deponant, etiam parte citata, non fiet executio.

28 Qualibet exceptio, qua in aliqua Provincia contra instrumentum, aut sententiam opponi solet, impedit executionem.

29 Stylus Castella, quoad ordinem executionis faciendæ, inspiciendus: sed quoad causæ decisionem, inspiciendum jus regionis, civitatis, aut loci, ubi contractus celebratus, aut sententia lata fuit.

30 Litispendentiam coram Judice Ecclesiastico, super relaxatione juramenti in contractu appositi, ejus executionem coram laico non impedire, verius resolvitur.

31 Litispendentiam coram Judice Ecclesiastico, super validitate contractus usurarii, executionem ejus coram laico petitam impedire, cum Alexand. & Suarez verius resolvit Auctor.

32 Qualibet exceptio, que de jure Communi obijci potest, executionem impedit, si regularum legum expressa renuntiatio facta sit à creditore.

33 Quidquid evidenter appareat, quod instrumentum reddat inefficax, contra ipsum opponi poterit, & ejus executionem impedit.

34 Quæcumque alia exceptiones legitime, que intra decem dies probentur opponi possunt contra instrumentum, legibus Regiis, & Avendano non obstantibus, quibus per Auctorem satisfit.

35 Exceptiones, quæ contra executionem sententia admittenda sunt, admitti non de-

bent, si ante prolationem ipsius sententia in negotio principali objecta sunt, & eis non obstantibus, sequuta fuit condemnatio.

36 Porrecti libelli oppositionis copia creditor danda: & uterque debitor, & creditor articulos, & instrumenta producere possunt.

37 Exceptiones in executione opposita intra decem dies probanda: nec sufficit, intra illos decem dies testes juratos esse: sed intra eos examinari esse debent.

38 Si culpa iudicis, aut Notarii testes in termino examinari non fuerunt, post eum examinari poterunt, si à parte tamen eis facta protestatio, super examine eorum intra terminum.

39 Debitor, etiam elapso termino, potest suas exceptiones probare, per confessionem partis adversa, secundum Roder. & Dida. Perez; sed contrarium cum Avendano. defendit Auctor.

40 Si testes, quibus reus executioni datus intendit suas exceptiones probare, sint extra Diocesim, vel Regnum, quid agendum præscribitur.

41 Si reus suas exceptiones probaverit intra decem dies, annullanda erit executio, & creditor in expensis condemnandus.

42 Reo executioni dato intra decem dies exceptionem non probante, confirmanda erit executio, pro principali, & expensis, & dandum quartum præconium, & bona licitanti adjudicanda, & inde creditori solvendum, etiam si reus appellaverit, dum cautionem leg. Tolenti præfert creditor.

43 Si causa executionis ad superiorem per appellationem delata fuerit, & inventum, quod actio non fuit facta, juxta legis formam, aut morem regionis, revocatur pronuntiatio, & bona absque ullis expensis debitori restituntur, dum ipse creditori solvat, quod instrumento continetur: & creditor cautionem præfert de iudicio sistendo, quam aliquando iudices remittunt.

44 Praxis, qua observatur apud Suprema Tribunalia, circa causas executivas ad ea devolutas, etiam servanda per Decuriones Civitatis, quando ad eos causa executionis, non excedens decem millia marapetinarum, devolvitur.

45 Auditores Regii, quando negotium executivum ad eos per appellationem devolvitur, qualiter procedant, remissivè.

46 Judex, coram quo executio petitur, recusari potest, ante quam ultima executionis sententiam proferat.

47 Si bona rei non sufficiant ad solutionem debiti, & expensarum, tunc fidejussor ejus de evictione solvere adstringendus erit.

48 Debitor ex consuetudine hujus regni

(n) Explicat Avend. in dict. Declar. ad leg. 4. & 5. n. 27. sic intelligens text. in leg. 6. tit. 9. Part. 3. & in leg. fin. eod. tit.

bona mobilia subhaftata intra triiduum, immobilia intra novem dies retrahere valet: sed iudices Supremi longiorem retrahendi terminum ex causa concedere solent, absque fructuum restitutione.

49 Terminus quatuor annorum, quem credunt vulgares habere, ad retrahendam rem subhaftatam, nec de iure, nec de consuetudine procedit.

50 Creditori satius est licitorem non subrogare, ut fraudis praesumptio evitetur: & ut sibi bona sine circuitu applicentur.

CAPUT TERTIUM.

DE EXCEPTIONIBUS IMPEDIENTIBUS executionem.

1. Executionem impedit exceptio solutionis debiti, vel pacti de non petendo, vel exceptio usurarum, id est, quod contractus est usurarius, vel exceptio, quod metu, aut vi contractus fuit celebratus: vel exceptio falsitatis, dummodo falsitas sit contra substantiam instrumenti; secus vero, si contra accessoria instrumenti, nempe contra hypothecam, vel poenam, (a) vel si exceptio falsitatis opponeretur contra instrumentum, cuius virtute lata fuit sententia, & ante sententiam de illa falsitate non fuisset actum: nam tunc talis exceptio non impediret executionem sententiae in auctoritatem rei iudicatae transactae: (b) nam exceptiones requirentes altiore indaginem, non impediunt executionem sententiae: (c) unde si in continenti offeratur probatio falsitatis, tunc executio sententiae suspenditur: (d) & quod supradictae exceptiones executionem impediunt, probat text. in leg. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. Recop. (e)

(a) Juxta text. in leg. Satis aperte, junct. gloss. verb. Obligatus, Cod. Ad Leg. Corn. de Fals. & tradit. Jaf. in leg. 4. §. Condemnatum, ff. de Re jud. n. 9.

(b) Juxta text. in leg. fin. in fine, Cod. de Fid. instrum. cap. Acceptimus, eod. tract. leg. Satis aperte, Cod. Ad Leg. Corn. de Fals.

(c) Juxta text. in leg. fin. in fine, Cod. de Ordin. cognit. not. Barrol. in dict. leg. 4. §. Condemnatum, n. 3.

(d) Ut probat text. leg. fin. Cod. Si ex fals. instrum. & tenet Panorm. in cap. Sufistata, de in integ. restit. & in cap. Super eo, de Offic. Deleg. Dec. in cap. Ex parte, col. 2. eod. tract. & Covar. in Pract. Quasi. cap. 16. n. 2.

(e) Et eas explicat Avend. in Declarat. leg. 4. & 5. a num. 29.

(f) Secundum gloss. in leg. 3. verb. Fabiana, ff. Si quid in fraud. patr. quam notat Palat. Rubius in Repet. rub. §. 76. n. 6. & Jaf. in §. Fucrat, n. 76. Instit. de Alium. & firmat expresse Barrol. in leg. D. Trajanus, ff. de Testament. milit. n. 1. receptus ab Hyppol. in leg. Onius, §. Cognisur-

2. Item exceptio nullitatis instrumenti admittitur, & executionem impedit: nam annullato contractu principali, censetur clausula in eo contenta annullata, & sic clausula garentigia: (f) instrumentum enim invalidum executioni mandari non potest. (g) 3. Quinimo exceptio nullitatis proveniens ex defectu solemnitatibus ipsius contractus, executionem impedit, ut puta, si in obligatione facta a filiofamilias, vel ab alio constituto sub potestate alterius, auctoritas patris, vel curatoris non intervenit, vel cum solutio debiti destinatur in tempus, quo debitor literis haeres alicujus, aut uxorem duxerit, juxta text. in leg. 22. tit. 11. lib. 5. Recop. vel si in obligatione ab Scholari facta, non intervenit auctoritas patris, vel ejus, sub cuius custodia in Universitate esset, juxta text. in leg. 4. tit. 7. lib. 1. Recop. vel si obligatio debiti ex ludo procederet, juxta text. in leg. 8. tit. 7. lib. 8. Recop. vel si in obligatione facta a muliere conjugata, licentia mariti non intervenit, juxta text. in leg. 2. tit. 3. lib. 5. Recop. (h)

4. Et adverte, quod hujusmodi ultimae exceptiones, necesse non est, quod intra decem dies probentur, sed sufficit illas allegare intra illum terminum, dummodo notorium sit, contrahentes esse filiosfamilias, vel minores, seu Scholares, aut mulieres conjugatas: quia praedictae sunt exceptiones juris, ut resolvit Roder. Suarez. (i) Quinimo Judex ex officio in supradictis casibus poterit repellere actorem, absque eo quod debitor petat, quia adversus agentem absque actione, Judex potest impertiri officium suum ad utilitatem privatam. (j)

Item executionem impedit exceptio, quod sit, qui eam petit, vel is contra quem petitur, non est nominatus, nec contentus in instru-

rum, n. 5. ff. de Quest. & Rip. in leg. 1. §. Si quis ita, n. 39. ff. de Verb. oblig. & Avil. in cap. Prat. cap. 10. gloss. verb. Execucio, n. 61.

(g) Ut probatur in dict. leg. 4. §. Condemnatum, & in leg. 2. ff. Quemadmodum. testam. aper. & ita consilium Roman. in cons. 42. & tradit. Rebus. in Tract. de Literis oblig. art. 1. gloss. 9. n. 4.

(h) Quod confirmatur ex concessis ab Hyppol. in Rub. Cod. de Probat. n. 159. verbi. Ideo dixit, & in leg. unic. Cod. de Rapt. virg. n. 167. & probat Avend. in Declarat. dict. leg. 4. & 5. a n. 39. & Avil. in cap. Pratorum, cap. 10. in gloss. verb. Execucio, n. 68.

(i) In dict. leg. Post rem iudicatam in 2. part. Declarat. leg. Regni in §. Sed pro evidetia, n. 49. & 50.

(j) Secundum gloss. in leg. Ubi postum, verb. Pansa, C. de Transact. communitur recepta ex Tiraq. in leg. Si unquam, verb. Revertatur, n. 281. Cod. de Revo. donat. & Rebus. Tract. de Litter. oblig. art. 1. gloss. 9. n. 28.

Cap. III. De exceptionibus impediuntibus, &c. 153

mento, tunc enim repellitur: (k) quod intellige juxta ea, quae resolvimus supra. (l) Item, executionem impedit exceptio, quod res, in qua facta facta executio, est penes tertium singularem possessorem, ut resolvimus supra. (m)

5. Item, exceptio non numerata pecunia executionem impedit, ut resolvit Rodericus: (n) quod tamen intelligi debet, si infra biennium opponatur, quo casu probatio contrarii incumbit creditori: (o) & de illo articulo est videndus Rebuffus. (p) 6. Item exceptio rei non tradita executionem impedit. (q)

7. Item, exceptio reconventionis executionem impedit, si durante judicio executorio, de ea Judici constare possit: nam omnis exceptio probabilis in continenti contra executionem admitti debet: (r) & juxta hanc modificationem intelligi potest Avendanius, qui in cap. Pratorum (s) tenet, exceptionem reconventionis non impedire executionem: cuius opinio procedere potest, quando, durante judicio executorio, de reconventionem non constare, vel altiore indaginem requireret.

8. Item, exceptio compensationis executionem impedit: quia compensatio solutio est, & loco solutionis habetur. (t) 9. Item, petio

restitutionis in integrum per minorem facta, contra instrumentum, vel sententiam, executionem impedit: quia executio sententiae per petitionem in integrum restitutionis impeditur; (u) tamen si oppositum teneat Avendanius. (x)

10. Item, exceptio, quod causa debiti in instrumentum non continetur, impedit executionem, ut resolvunt Avendanius: (y) nam ad hoc ut quis obligatus censatur per promissionem, vel pactum, requiritur, quod causa apponatur. (z)

11. Item, exceptio elapsi decennii a die celebrati instrumenti puri, quo statim agi potuit; alioquin si instrumentum fuerit sub conditione, vel in dicem, decennium currere incipit a die impletae conditionis, vel quando dies venit, & in judicio agi potest, ut resolvit D. Castellus: (a) executionem impedit, quia per transcursum decem annorum jus exequendi extinguitur, juxta text. in leg. 63. Tauri, & ibi Anton. Gomez, quae lex habetur in leg. 6. tit. 15. lib. 4. Recop. & facit, quia virtus, quae a leg. Regni conceditur instrumentis publicis, & privatis recognitis bene tolli potest per alias leges Regias, si intra certum tempus non agatur. (b)

V. Quo-

(k) Ut probatur in leg. Ad probationem 1. Cod. de Prob. leg. Julianus, & ibi Jaff. ff. de Verb. oblig.

(l) In hac 4. part. cap. 1. a n. 32.

(m) In hac eadem 4. part. cap. 1. n. 50. & juxta ibi resoluta, intelligi debet.

(n) In dict. §. Sed pro evidetia, n. 12. ubi a n. 1. istum articulum late disputat, & idem tenet Ant. Gomez 2. tom. Varior. cap. 6. n. 3. Didac. Perez in leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. in gloss. 1. col. mihi 1087.

(o) Secundum Avend. de Exequen. mand. 1. part. cap. 16. n. 11. asserentem, ita accipienda esse notata a Roder. Suar. in praedict. art. sed ipse Rod. & reliqui DD. supr. citati in eisdem terminis expresse loquuntur, & eandem opinionem, plures alios referens, tenet Petrus Duñ. reg. 260. n. 7.

(p) In Tract. de Chirograph. & sched. recognit. art. 2. a n. 10. pag. 208.

(q) Secundum Bald. in leg. Ex praedictis, Cod. de Evict. Dec. in cons. 42. n. 2. & Palat. Rub. in leg. 64. Taur. & Didac. Perez, ubi supr. col. 1081. & Rebus. ubi supr. nam. 35.

(r) Secundum Palat. Rub. in leg. 64. Taur. in final. verbis, & in specie firmat Didac. Perez, ubi supr. col. mihi 3081.

(s) 2. part. cap. 30. n. 6. & in Declarat. ad leg. 4. & 5. num. 51.

(t) Ut in leg. Amplius non peti, ff. Rem vas. hab. & in leg. Cum militi, §. Cum intra diem, de Compensat. & in specie tractat Rom. cons. 76. col. 3. & firmat Cifuent. in leg. 64. Taur. quae 10. Avil. in cap. Pratorum, cap. 10. verb. Execucio, n. 7. Gregor. Lup. in leg. 10. tit. 14. Part. 5. Jaff. in leg. Si unquam, §. Pactus me petere, n. 28. ff. de Pactis. Castellus, dict. leg. 64. Taur. verb. La dicha excepcion. Rebus. in Tract. de Litter. oblig. art. 1. gloss. 9. n. 39. & Avend. in Tract. seu Declarat. ad leg. 4. & 5. n. 30. ver-

fic. Item compensatio, & non visum Petrus de Salazar in Tract. de Usu, & consuetud. cap. 1. n. 77.

(u) Ut probatur in rub. & sig. Cod. de in integ. restit. postul. & est communis opinio, secundum Alex. & Jaff. n. 26. in leg. 4. §. Condemnatum, ff. de Re judic. & facit text. in leg. 2. verbi. Orosi decimos, Sec. tit. 25. Part. 3. & in specie firmat Cifuent. in leg. 64. Taur. quae 28. & in solvit Roderic. in dict. §. Sed pro evidetia, n. 44. in fin. Covar. in Pract. Quasi. cap. 25. n. 7. & Didac. Perez, ubi supr. col. mihi 1011.

(x) In cap. Pratorum, 2. part. cap. 30. n. 7. & in dict. Declarat. ad leg. 4. & 5. n. 45. & Rebus. in Tract. de Literis civil. art. unic. gloss. 6. n. 13.

(y) In cap. Pratorum, 2. part. cap. 30. n. 5. verbi. Septimum, requiritur, & Didac. Perez in leg. 5. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. 1089.

(z) Juxta text. in leg. 1. §. Circa, ff. de Dol. except. & in leg. Generaliter, junct. gloss. verb. Causam, Cod. de Non num. pec. & gloss. in leg. Nuncquam nuda, ff. de Acquirend. rer. dom. & tradit. Panorm. in cap. Si cautio, de Fid. instr. Fel. n. 15. & Fortum. Garcia, n. 34. in cap. 1. extra de Pali. & Rebus. in Tract. de Chirog. & sched. in Summa, n. 66. & vide Anton. Galleo. in Tract. Ad formulas oblig. Camer. 4. part. quae 1. n. 12. & tenent plures alii quos refert, & sequitur Covar. in cap. Quomodo pactum, 2. part. §. 4. n. 14. de Pact. in 6. & Joan. Matienz. in leg. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. gloss. 1. n. 8.

(a) In leg. 63. Taur. in gloss. verb. Dies ahoz, & ibi Palat. Rub. n. 16.

(b) Ut docet Bart. in leg. Plane, ff. Quod cum fals. int. Imol. in cap. fin. de Praescrip. Balb. in Tract. de Praescrip. 2. part. 3. part. 3. fol. 47. & hanc opinionem tenet Avil. in cap. Pratorum, cap. 10. in gloss. verb. Execucio, n. 69. ubi hanc conclusionem multipliciter legitat.

12. Quocirca, transacto decennio, debitum peti poterit *via ordinaria* ex actione personali, quæ durat per spatium aliorum decem annorum, & instrumentum illud poterit produci ad probandum debitum: 13. nam licet lapsus primi decennii impediant, executionem, non tamen impedit, quod instrumentum illud producat in modum probationis: (c) 14. & est ratio, quia actio personalis durat per spatium viginti annorum, sive contineatur in instrumento guarantee, sive sola de per se absque instrumento, ut expressè deciditur in leg. 6. tit. 15. lib. 4. Recopil. & ita jam cessat distinctio Palatii Rubens num. 13. & Anton. Gomez, (d) & Covarruvia, (e) & Menchacensis, (f) qui omnes asserunt, quod, quando actio personalis contineretur in instrumento guarantee, elapso uno decennio, quo jus exequendi præscribitur, intra alium decennium via ordinaria intentari posset. 15. At vero, quando actio personalis competeret de per se absque instrumento, tunc elapso primo decennio, actio illa extingueretur, per text. in leg. 3. tit. 13. lib. 3. Ordinam. ubi disponitur, quod actio personalis per lapsum decennii præscribitur: nam hodie illa lex 3. Ordinamenti expressè abrogata est per text. in dict. leg. 6. tit. 15. lib. 4. Recopil. quæ decem extat, actionem personalem spatium viginti annorum præscribi, & ita observandum esse, non obstante dispositione Regis Alphonfi conditoris dict. leg. 3. quam interpretationem ad dict. leg. 6. tit. 15. lib. 4. Recopil. ita summarè, & resolutivè, dum publicè Salmantica hunc tractatum dictarent anno MDLXXII, alsignavi, & in voce pluribus fundamentis corroboravi: postmodum eandem singularem commentum à Paradorio illustratam invenì, (g) qui (h) contendit, præscriptionem juris exequendi per decennium inductam habere etiam locum in annuis redditibus debitis ex contractu census, vel ex alia causa; ita quod si nulla annua pensio per totum de-

centennium esset soluta, quod jus exequendi censeretur præscriptum, nedum quoad exigendos *via executiva* annuos redditus præteritos, verum etiam quoad redditus futurorum annorum: nam amplius illud instrumentum exequi non posset, ad idque moveretur ex resolutis à Glossa, Balbo, & ab aliis, quos refert, & sequitur Anton. Gomez. (i)

Ego verò oppositum verius esse credo, & semper praticari vidi, nam licet redditus annuos præteritos *via ordinaria* petantur, sequentes futuros *via executiva* peti poterunt; longè enim diversa est hæc species ab ea, de qua loquuntur Glossa, Anton. Gomez, & reliqui: nam contractus annui redditus habet tractum successivum, & quolibet anno debetur, ac ideo, pendente dilatione conventionali, cum ante diem solutionis exigi non possint, præscriptio non procedit: (j) bene verum esset, quod ad hanc difficultatem effugiendam, & ut jus exequendi præscribi non posset, quod tutius erit in similibus contractibus apponere clausulas, & cautelas, quas notat Castellus, & Cifuentes, (k) quæ præscriptio juris exequendi per decennium inducta procedit, etiam contra Ecclesiam, aut Clericum: (l) poteris tamen uti quadam cautela, ut debitum *via executiva* possit exigi, elapso decennio, nempe, quod creditor in judicio petat, quod cum juramento debitor declaret, se illam quantitatem debere creditori, qui si confiteatur debitum, virtute hujus confessionis executio fieri poterit juxta leg. 5. text. 21. lib. 4. Recopil. (m) Item executionem impedit exceptio, quod *instrumentum non est publicum, nec authenticum, sed falsum*: nec *intra decem dies producat, illud comprobavit*, juxta text. in leg. 115. tit. 18. Part. 3. (n) nisi ageretur de modico præjudicio. (o)

17. Item, executionem impedit exceptio, quod *dies solutionis nondum cecidit*, ut probatur in leg. 2. tit. 21. lib. 4. Recopil. ibi: *Se yendo pas-*

(c) Ita in specie docet Bald. in dict. leg. *Planè*, cujus opinio recipitur à Roderic. in dict. leg. *Post rem judicatam*, lin. 6. n. 3. afferente, meliorem determinationem in toto Mundo inveniri non posse, idem tenent Castell. Cifuent. & Anton. Gom. in leg. 63. Taur. Covar. in reg. *Possessor*, 2. part. §. 11. n. 4. & idem consentit Didac. Perez in leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. in gloss. 1. dubio ultimo.
(d) In leg. 63. Taur.
(e) In reg. *Possessor*, 2. part. §. 11. n. 2. de Reg. jur. in 6.
(f) In lib. 1. de Succel. creat. §. 10. n. 21.
(g) In suo lib. *Recum Quotidian*, cap. 1. à §. 12.
(h) In §. 14. n. 41. cum alius quinque sequentibus, quem omnino consule pro illius legis intellectu.
(i) In tom. 2. Variar. cap. 11. num. 44. vers. *Quartus effectus*.
(j) Ita in terminis tenet Doctor Castell. in dict. leg. 63.

Taur. in gloss. verb. *Dies anis*.
(k) In dict. leg. 63. Taur. & Parlad. ubi supr. in §. 13.
(l) Ut cum Bald. in leg. *De quibus*, quest. 6. ff. de Leg. 1. & Franc. Balb. Tract. *Præscript. chart.* 42. col. 1. vers. 5. fallit, resolvit Greg. Lopez in leg. 23. tit. 29. Part. 3. in gloss. & cum eis Avilexus, ubi supr. quo in loco resolvit, adversus minorem 25. annis hanc præscriptionem non currere; & sequitur Parlad. in dict. §. 13. n. 46.
(m) Et ita in specie tenet Avend. in cap. *Prætorum*, cap. 10. n. 69. & Joan. Gutierrez in Repet. leg. *Nemo potest*, n. 488. ff. de Legat. 1. Est contrariam opinionem defendat Accv. in leg. 6. tit. 15. lib. 4. Recopil. n. 42.
(n) Et tradit Suarez in dict. leg. *Post rem*, in *Declarat. Regni*, 2. part. vers. *Sed pro evidèntia*, n. 34.
(o) Ut ibi notat Suarez.

Judas los plazos de las pagas. Quibus verbis constat, executioni locum esse, termino solvendi elapso. (p) 18. Quinimo, etiam si hæc exceptio à reo non opponeretur, Judex ex officio repellere posset creditorem ante diem agentem, si ex instrumento sibi constaret, diem nondum venisse, secundum Angelum. (q) Et pro hac opinione facit, quia ipso jure non competit potentia exigendi ante diem. (r) 19. Quæ resolutio vera est, nisi debitor suspectus esset de fuga, vel alia justa causa interveniret: nam tunc ante diem creditor agere poterit. (s)

20. Item, exceptio *pendentia compromissi* impedit executionem, quæ petita fuerit virtute alicujus sententiæ, vel contractus habentis executionem paratam, ut constat ex text. in leg. 4. tit. 21. lib. 4. Recopil. ibi: *Y las sentencias dadas en juicio ordinario en favor de las partes, quedan frustradas, y no se executan*. (t)

21. Item, executionem petitam virtute alicujus compromissi, vel sententiæ arbitrariæ (quod fieri potest per text. in dict. leg. 4. tit. 21. lib. 4. Recopil.) impediunt exceptiones, quæ colligi possunt ex contextura dict. leg. 4. tit. 21. lib. 4. cujus forma observari debet, alioquin sententia arbitraria exequi non poterit: nam si omittatur aliquid, quod ex forma actus requiritur, in contrarium factum erit nullius momenti. (u) 22. Et quæ requirantur pro forma, ad hoc ut sententia arbitraria exequi possit, notat Avendanius. (x)

23. Item, executionem impedit exceptio, quod *summa*, de qua executio petitur, non est comprehensa instrumento, ut puta, si contractus conductionis expirasset, & alius tacitus in eisdem locum subrogaretur, & sic conductor tacite pro eadem summa videretur reconduxisse: (y) nam virtute primi contrac-

tus conductionis non poterit procedi pro summa, & pretio tacite reconductionis, quia secunda pensio non est inclusa in primo instrumento executivo. (z)

24. Item, contra executionem alicujus sententiæ criminis, quælibet exceptio legitima opponi potest, & admitti debet, licet non sit ex contentis in leg. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. Recopil. nam prædictæ leges non loquuntur de executione sententiæ criminalis, quæ cum irtractabilis sit, ideo eam impedit quælibet exceptio legitima. (a)

25. Item, executionem impedit exceptio *juramenti* appositæ in contractu, alias de se valido, inter laicos celebrato, juxta text. in leg. 11. tit. 1. lib. 4. Recopil. (b) ceterum in Curia Ecclesiastica, & in casibus, in quibus juramentum potest apponi, hæc exceptio non impediret executionem, imò jus exequendi perpetuaret, nec decennio præscriberetur. (c) Item executionem impedit exceptio, quæ oriri potest in ipsa executione, secundum mentem Judicis profertentis mandatum, ut puta, si *Minister*, vel *Alguacil* *excessit*, vel *quandò preconiâ non fuerunt debitis temporibus facta*, vel *stylus Tribunalis non fuit servatus*, nec forma à lege tradita circa executionem faciendam fuit *adimpleta*: nam tunc prædictæ exceptiones non opponuntur, contra contractum, aut sententiam, sed contra ipsimum factum executionis, ideoque admitti debent. (d)

27. Item, executionem impedit exceptio, quod *illud instrumentum*, quod præsentatur, non est principale instrumentum, quod inter partes celebratum fuit, quamvis de ejus tenore testes deponant: quia talis depositio non habet executionem paratam, sicut principale instrumentum, (e) quod procedit, etiam testes de tenore instrumenti, citata parte, deponant, quod ipsæ partes potestatem exequendi iudicibus de-

V 2 de-

(p) Idem etiam probatur in leg. 1. Cod. de *condict. ex lege*, & in leg. *Si mandavero* in princip. ff. *Mand.* & in leg. *Enim, qui Nalendis*, ff. de *Verb. oblig.*

(q) In dict. leg. 1. Cod. de *condict. ex lege*, & Bart. in leg. *Leita*, col. 4. ff. *Si cert. pet.*

(r) Juxta text. in leg. 1. Cod. *Ut aut. ab hered. & contr. hered.*

(s) Argum. text. in leg. *Questum*, juncta gloss. verb. *Quia interest*, ff. de *Pign.* & in leg. 17. tit. 13. Part. 5. & in specie resolvit Roder. in dict. leg. *Post rem judicatam*, l. i. n. 2.

(t) Et firmat Avend. in Tract. ad leg. 4. & 5. n. 34. & pro hac opinione faciunt notata à Paulo Caslr. in leg. 3. ff. *de Jurjur.*

(u) Ut in leg. *Cum hi*, §. *Prætor*, ff. de *Transact.*

(v) In dict. Tract. ad leg. 4. & 5. à n. 35.

(x) Ut in leg. *Item queritur*, §. *Qui impleto*, ff. *Locat.*

(y) Secundum Bald. in leg. *Etiam*, Cod. de *Fideicom.*

& sequitur Montalv. in leg. 20. tit. 8. Part. 5. & Avend. in dict. Tract. ad leg. 4. & 5. n. 46. & communiter omnes, secundum Jass. in leg. *Certi conditio*, n. 21. ff. *Si cert. petat.* & Anton. Gom. in leg. 64. Taur. n. 6. & Did. Perez in leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. 1080. vers. *Est tamen dubium*.

(a) Ut notat Paul. & DD. in leg. 4. §. *Condemnatum*, ff. de *Re judic.*

(b) Et in specie firmat Didac. Perez in leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. mihi 1089. vers. *Utrum autem impediatur, & de justitia illius leg. Diximus in 2. tom. hujus operis, præind. 2. n. 52. in fin.*

(c) Secundum Castell. in leg. 63. Taur.

(d) Secundum Bald. in leg. *Ab executione* in fin. Cod. *Quar. appell. non recip.*

(e) Ut notat Bart. in leg. 1. ff. de *lit. qui in testam. delent.* & Roder. in dict. leg. *Post rem judicatam*, & Hyppol. in Rubr. *God. de Probat.* n. 338.

derunt, cum solummodo ea exequi possint, quæ numerantur in leg. 1. 2. 4. & 5. tit. 21. lib. 4. Recop. & de quibus supra mentionem fecimus; tamen oppositum teneat Rodericus. (f)

28. Item, executionem impedit qualibet exceptio, quæ obijci poterat in illa Provincia, in qua celebratum fuit instrumentum, vel sententia lata, de qua petitur executio in hisce Regnis Castellæ: 29. nam licet quoad ordinem executionis faciendæ servari debeat forma, & stylus Castellæ, tamen quoad decisionem causæ, inspicitur jus illius Provincie, in qua instrumentum fuit confectum, aut sententia lata: pro qua opinio facit communis doctrina omnium DD. (g)

30. Item, executionem impedit *litispēdētia coram Judice Ecclesiastico*, super relaxatione juramenti in contractu de se invalido appositi, secundum Federicum; (b) oppositam tamen sententiam resolvit Matth. de Afflicis: (i) pro qua ultima opinio facit, quod facilissime in *praxi* Judices Sæculares rescindunt contractus juratos de se nullos, nulla præmissa absolutioe juramenti. (j) 31. Hinc etiam fit, quod *litispēdētia coram Judice Ecclesiastico*, super contractu usurario, & validitate ejus, non impedit executionem petitam coram Judice Sæculari. (k)

Item executionem impedit exceptio *litispēdētia via ordinaria intentata ab auctore*, ut putā, si auctor habens duas vias agendi ordina-

riam, scilicet, & executivam, prius via ordinariam intentaverit, & deinde voluerit redire ad executivam, & opposita fuerit exceptio litis coepta in via ordinaria: tunc enim talis exceptio executivam impedit, quia intendendo ordinariam, censetur actor renuntiasse executivæ, ita resolvit Maranta; (l) nihilominus tamen oppositam sententiam veriorē esse, resolvimus supra, (m) si actor à via ordinaria desisteret, expensas reficiendo parti adversaræ: tunc enim ad viam executivam redire poterit, quia ex eo solo, quod ordinariam intendit, non fuit visus renuntiare executivæ privilegiatæ: (n) via enim ordinaria, & executiva sunt diversæ, & non contrariæ, cum ad eundem finem tendant, & donec satisfactum sit creditori, eligere poterit viam, per quam magis sibi consultum sit; ac deo per electionem unius altera non tollitur: (o) & hæc opinio probatur, ex eo quod renuntiatio est stricti juris, & in ea non veniunt, nisi quæ exprimantur, (p) & in dubio non præsumitur quis juri suo renuntiare, (q) & in nostra specie nullum verbum fit de renuntiatione expressa, præsertim, quod in materia prorogationis jurisdictionis requiritur expressus consensus amborum partium, nec sufficit tacitus, ut puta, si non opponatur exceptio: imò nec sufficeret expressus consensus unius partis. (r) Ergo ex eo solo, quod creditor comparuit, & intendit viam ordinariam, visus non est expressè consentire illi viæ, & renuntiare viæ executivæ,

(f) In dict. limit. 3. & cum eo transeat Avil. ubi supr. num. 59.

(g) In leg. *Cunctos populos*, Cod. de Sum. Trinit. & in specie ita concludit Roder. in dict. leg. *Post rem*, in Declar. leg. Regni, quæst. 5. & Hyppol. in leg. fin. ff. de *jurisdic. omni. judic. fol. 32.*

(h) In conf. 126. & in aliis locis, ut refert Alexand. in leg. 4. §. *Condemnatum*, n. 17. ff. de *Re judic.*

(i) In Decis. Neapol. decis. 30. per doctrinam Angel. in dict. §. *Condemnatum*, & Avend. in Declarat. leg. 4. & 5. num. 31. vers. Quarto fallit in fin.

(j) Secundum Panormit. in cap. *Cum contingat*, col. 2. de *jurejur.* & refert Covarruv. lib. 1. Variar. cap. 4. num. 7.

(k) Secundum Angel. in dict. §. *Condemnatum*, cujus contrarium tenet Alex. ubi supr. & ejus opinionem dicit veriorē in nostro proposito Roder. Suárez in dict. leg. *Post rem judicatum* in Declarat. leg. Reg. in quæst. 5. n. 15. Et vid. Acev. in leg. 1. tit. 21. lib. 4. Recop. n. 185. & an cognitio usurarii contractus expectet ad Judicem Ecclesiasticum, vel Sæcularem: vid. quæ resolvisti infra in 2. tom. 2. preclud. n. 25. & 26.

(l) In dīput. 6. n. 24. post Tract. de Ordin. Jud. ex gloss. fin. in leg. *Proinde*, §. *Notandum*, ff. *Ad leg. Aquil.* & ex notatis à Roman. in conf. 133. & idem Marant. de Ordin. Jud. in 2. part. 6. partis judicii, actū 8. de instrument. product. n. 14. ex doctrina Bald. in leg. 1. col. 5. vers. Decimo quarto, Cod. de *Servit. & aqua*. Et novissimè

hanc opinionem defendit Cavale. in decis. 1. & Burgos de Paz in conf. 39. n. 7. & Molina de Hispan. Primog. in Addit. postus ad finem Operis in annot. ad cap. 13. lib. 3. n. 31.

(m) In ista 4. part. cap. 2. n. 2. cum Rebut.

(n) Argum. eorum, quæ notat Bald. in leg. 3. ff. de *Testam. milit.*

(o) Juxta ea, quæ tradunt Alex. Jass. Rip. & omnes in leg. *Naturaliter*, §. *Nihil commune*, probatur in leg. *Cum quaeritur*, ff. de *Except. rei judic.* Dec. in conf. 460. vol. 2. n. 2. cum leg. quo in loco multa adducit, ex quibus planè hæc nostra opinio probatur: faciunt etiam expressè, quæ in terminis viæ executivæ tradunt Alexand. in conf. 130. n. 15. & 16. lib. 4. Consiliorum, & expressius Jass. idem resolvit in conf. 9. in secunda responsione ad motiva, n. 2. & 3. 1. part. Conf. & in conf. 18. in eadem 1. part. quem omnino vide, & in terminis tenet Carol. Molin. in Consuet. Paris. §. 166. prout ipse seipsum refert in Addit. ad Alexand. in dict. conf. 130. super litter. E.

(p) Ut docet Calderin. in conf. 5. in tit. de Præbend. & Card. in conf. 120. in fin.

(q) Ut in cap. *Super eo*, de *Renunt.* & not. Bald. in leg. 1. notab. 1. Cod. de *Edicto D. adrian.* & Dec. in dict. conf. 460. n. 6.

(r) Juxta text. junctâ gloss. verb. *Expressus*, in cap. *Statutum*, §. *In nullo quoque*, de *Rescript.* in 6.

væ, nam per talem actum solummodo inducitur tacitus consensus: (f) ex quibus constat pro hac nostra opinione facere doctrinam Glossæ, (g) quæ pro contraria parte solet adduci, nam glossa illa tenet, necessarium esse expressum consensum amborum partium, ut visum sit renuntiare viæ summarie: (u) ergo non sufficit tacitus, & ad hæc sunt reducenda, quæ in isto articulo adducit Anton. Galleffus. (x)

32. Item, executionem impedit qualibet exceptio, quæ de jure communi opponi poterat, quando renuntiatio beneficii dictarum legum Regni facta fuit à creditore tempore, quo contraxit: nam propter talem renuntiationem qualibet exceptio opponi poterit, cum quilibet possit favori suo renuntiare: (y) nam quod lege fieri potest, pacto etiam partium fieri poterit: (z) sed per legem induci potest, quod ultra exceptiones in prædictis legibus contentas, alia qualibet obijci possit; ergo, & per pactum partium. 33. Et facit etiam, quod si aliquid evidenter ex instrumento appareat, quod illud reddat inefficax, poterit contra instrumentum opponi, & executionem impedire. (a)

34. Item executionem impedit exceptio *offerendæ rationes*, quando tutor, vel curator instrumento publico promissit reddere rationes, cum consignatione reliquorum, quod vulgo dicitur *dār cuenta con pago*, prout quotidie in instrumento tutelæ, vel curæ à Tabelionibus apponitur. (b)

Item executionem impedit exceptio, scilicet, quod à Tabelione non fuit apposita hora, in qua facta fuit executio, quod requiritur; alioquin executio nulla judicatur, juxta leg. 21. tit. 21. lib. 4. Recop.

Item, executionem impediunt, nedum exceptiones supra relatæ, verum etiam quæcumque alia exceptiones legitime intra decem dies probatæ, quæ colligi poterunt ex Roderico. (c) Nam per prædictas leges 1. & 2. tit. 21. lib. 4. Recop. non remouentur exceptiones legiti-

mæ, sed solummodo frivolaræ, ut constat ex verbis dict. leg. 1. ibi: *Tal, que de derecho se deba recibir*, &c. & ex verbis dict. leg. 2. ibi: *O legitima excepcion*, & ita planè apparet, in prædictis legibus legitimæ exceptiones non reijci, sed tantum restringi terminum, intra quem probari debeant: (d) quidquid contradicat Avendanius, (e) cujus opinio confunditur ex verbis dictarum legum supra expensis, quibus non satisfacit, cum alia plures exceptiones, præter contentas in dict. leg. 1. & 2. cognitæ sint à legibus Castellanorum, & satis ex supra resolutis constat.

35. Adverte tamen, quod supra dicta, & alia legitime exceptiones contra executionem admitti debent, nisi antea quam proferretur sententia, cujus virtute executio petitur fuit, fuerint allegatæ per reum in processu, & eis non obstantibus, sequuta fuit condemnatio: nam postmodum, si in executione prædictæ sententiæ oppositæ fuerint, admitti non debent: nam obstat res judicata, & repulsi agendo, debet repelli excipiendo: (f) & de exceptionibus impediētibz executionem sat dictum est, pro instructionem juvenum.

36. Porro libello oppositionis à debitorē coram Judice, modo, & forma ut habes in processu executivo infra sermone Hispano fulminat, Judex præcipit *copiam ejus creditori exhiberi*, cui creditor satisfaciet, & deinde debitor debet producere articulos super suis exceptionibus probandis, & testes, & instrumenta: idemque faciet creditor, si sibi necesse fuerit aliquid probare. 37. Teneaturque debitor intra illos decem dies suas exceptiones probare, nec sufficere, testes juratos esse intra terminum decem dierum, sed requiritur intra illum terminum examinatos esse: nam termino illo elapso, examinari non poterunt: (g) et ratio est, quia terminus iste absque ministerio Judicis concessus est à jure: secus tamen est in termino probatorio à Judice concessio, juxta ea, quæ retulimus supra, (b) & in specie ita re-

(f) Juxta gloss. dict. cap. *Statutum*, §. *In nullo*.

(g) In Clem. *Sapè*, de *Verb. sign. verb. Paribus*.

(h) Et ita etiam tradit Roman. in dict. conf. 133.

(i) Tract. Ad formul. oblig. Camer. 3. part. quæst. 2. à num. 4.

(j) Ut in leg. *Si quis in conferendo*, Cod. de *Palatiis*.

(k) Ut in leg. fin. Cod. de *Fidejuss.* & notat gloss. in Rubric. Cod. de *Decret. ab ordin. faciend.* lib. 11.

(l) Ut cum pluribus resolvit Roder. in leg. *Post rem judicatum* in Declarat. leg. Regni, in §. Sed providentia, num. 51.

(m) Ita consultit Alexand. in conf. 192. lib. 7. sequitur Bæza in Tract. de Decima tutoris, cap. 2. n. 168.

(n) Ubi supr. Castell. Cifuent. Anton. Gomez leg. 64. Taur. Covar. dict. cap. 11. Didac. Perez, ubi supr. Cavall. ubi supr. & Galleff. ubi supr. particula 4. quæst. 1.

(d) Secundum Roder. in dict. §. Pro evidētia, n. 13. & 44. Didac. Perez in leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. in gloss. verb. *Que de derecho se deba recibir*, &c. & in leg. 5. eod. tit. & lib. in gloss. verb. *No seyendo legitimas las excepciones*.

(e) In cap. *Prætorum*, 1. part. cap. 16. n. 4. & in Tract. ad leg. 4. & 5. n. 27.

(f) Secundum Innoc. in cap. fin. de *Ordin. cognit.* & Paul. Castr. in leg. 1. Cod. de *Ordin. cogn.* col. 4. & Alex. in leg. *Ex diverso*, §. fin. ff. *Solut. matrim.* quos refert, & sequitur Avend. in Tract. ad leg. 4. & 5. n. 49.

(g) Ut cum Bald. & Domin. resolvit Avend. in cap. *Prætorum*, 1. part. cap. 16. ante n. 1. Palac. Rub. n. 4. & Castell. verb. *Pasados*, in leg. 64. Taur.

(h) In 1. part. hujus tom. in 8. Tempore. circa declarationem sententiæ interlocutorie in vers. *con plazo*, & *termino*.

resolvit Didac. Perez; (i) quam tamen opinionem veram esse, opinor alia ratione, nempe, quia terminus ille decem dierum pro forma à dict. leg. 19. assignatur, & est tam brevis, quod nulla ex causa breviari, & restringi possit: quod est verum, quando culpa debitoris intra decem dies testes non fuerunt producti, & examinati; 38. secus verò esset, quando culpa Judicis, vel Notarii intra terminum non fuerunt examinati: nam tunc, elapso termino, examinari poterunt. (j) Requiritur tamen, ad hoc ut præsumatur culpa Judicis, vel Tabellionis id contigisse, quod fuerit eis à parte protestatum; alioqui, absque protestatione in termino facta, non præsumitur culpa in Judice, vel Notario. (k)

39. At verò, si debitor suas exceptiones probare velit per confessionem partis adversæ, elapso termino decem dierum, bene poterit id facere, ut latè resolvit Rodericus. (l) Oppositam tamen sententiam eruditè optimis fundamentis defendit Avendanius, (m) & satisfacit fundamentis in contrarium adductis: (n) cujus opinioni consentio, & ultra cum pro hac vera opinione expendo verba text. in dict. leg. 2. tit. 21. lib. 4. Recopil. ibi: *Salvo si dentro de diez dias mostráre la tal paga, ó legítima excepcion, por otra tal escritura, ó por alvalá, que haga fe, ó por confesion de parte, ó por testigos, &c.* quibus verbis satis convincitur, elapso termino decem dierum, necdum aliud genus probationis exclusum, verum etiam confessionem partis adversæ, præsertim, quod in actis judicariis confessio attenditur, tanquam probatio, ut tradidimus supra, (o) quam leg. Regiam in prædictis verbis, post primam hujus operis editionem, vidi expensam pro dicta nostra opinione ab Avendano, (p) & hæc nostra opinio probatur ex doctrina Pauli Castrensis, (q) dum docet, quòd si datus fuerit terminus alicui ad probandum, & intra illum non probaverit, postea non erit audiendus ponens positiones adversario, sicut non esset audiendus, qui post terminum offerret testes, quia confessio illa est quædam species probationis, & hujusmodi positiones admittendas non esse, post lapsum certi termini assignati ad producendas quascumque probationes, resolvit Jacobus

(i) In leg. 5. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. 1110.
 (j) Secundum Palac. Rub. Castell. & reliquos DD. ubi supra.
 (k) Secundum Bald. in leg. *Properandum*, §. *Sin autem altera*, Cod. de *Judic.* Aret. n. 51. & Fel. n. 23. in cap. *Licet causam*, de *Prob.* Pract. Ferrar. in Rub. de Forma opponendi contra testes, §. *Sunt que*, n. 17.
 (l) In dict. leg. *Post reu*, §. *Sed pulchrum dubium est*, & Didac. Perez in leg. 5. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. 1108.

Menochius. (r) (* Huic tamen resolutioni repugnat text. in leg. 72. tit. 4. lib. 3. Compilationis, ubi disponitur, quòd si debitor petierit in quacumque parte litis, etiam post lapsum decem dierum, quòd creditor præster juramentum calumniæ, compellendus erit à Judice ad illud præstandum. Quæ obiectio omilla fuit in hac secunda editione ex oblivione Typographi, & sustinendo nostram opinionem prædictæ leg. 72. non satisfacit dicere, dict. leg. sitam esse sub titulo specialis de *los Adelantados*, & per consequens, non extendi ad alios Judices, Corruit enim hæc interpretatio ex his, quæ annotati infra hujus 4. part. cap. 4. num. 2. Displicet etiam alia interpretatio, scilicet, leg. illam 72. correctam esse per prædictam leg. 2. tit. 21. lib. 4. Compilationis; nam licet dict. leg. 72. prior sit in situatione, est tamen posterior in promulgatione: quare defendendo nostram opinionem ad dict. leg. 72. erit dicendum, quòd licet actor possit compelli ad præstandum juramentum calumniæ ad instantiam rei executi, quamvis petium sit post lapsum decem dierum, non tamen erit super sedendum executioni; licet exceptio rei per illud probetur, nec executio impediatur, cum jam reus probaret suas exceptiones per confessionem actoris extra debitum tempus factam; quia lex 72. hoc non dicit, & tamen dict. lex 2. expressè prohibet, exceptiones rei contra executionem objectas probari non posse, post lapsum decem dierum, etiam per confessionem actoris, præsertim quòd melius esset tale juramentum calumniæ tolli, propter perjuriam vitanda, ut cum judicio consultit Maranta. (s)

40. Sed si reus dixerit, testes, quibus suas exceptiones probare debet, *extra Diocesim, vel Regnum esse*, tenetur statim exprimere locum, in quo testes prædicti sunt, eos nominando, & juramentum calumniæ præstando; & si adfuerint extra Diocesim *aquende los puertos*, conceditur ei terminus unius mensis; si verò adfuerint *allende los puertos*, intra Regnum tamen, conceditur terminus duorum mensium. Sed si adfuerint extra Regnum, datur ei terminus sex mensium, præstareque debet cautionem de *solvendo tantundem debiti principalis*, si intra dictum terminum præ-

(m) In cap. *Prætorum*, 1. part. cap. 16. n. 2.
 (n) Et in suis Responsis, in responsi. 18.
 (o) In 1. part. hujus 1. tom. 10. Tempor. n. 13.
 (p) In suis Responsis, responsi. 18. n. 5. in fin.
 (q) In leg. *In contrahibus*, §. *Illo, videlicet*, n. 4. Cod. de *Non numer. pecun.*
 (r) Lib. 1. de Arbitr. quæst. 35. n. 25. referens Angel. Geminian. Bald. Curc. seniores idem tenentes.
 (s) De Ordin. Jud. 2. part. 6. part. act. 1. n. 11.

fixum suas exceptiones non probaverit: nihilominus tamen interim, quia prædictæ exceptiones probatæ non fuerunt intra terminum decem dierum, Judex præcipit fieri ultimam executionem *de trance, y remate*, & quod creditori solvatur præstando cautionem: quod si debitor probaverit suas exceptiones, intra terminum præfixum in sententia ultimæ executionis, solum debitori reddet cum duplo nomine interesse. Hæc praxis præscribitur in leg. 2. tit. 21. lib. 4. Recop. (t)

Nec intelligas, quòd si debitor contentum sit in instrumento publico, quòd debitor teneatur ejus solutionem probare per aliud instrumentum publicum, vel per quinque testes: (u) nam dict. lex 2. tit. 21. lib. 4. Recop. disjunctivè requirit, quòd solutio debitorum, vel per aliud instrumentum, vel per confessionem, vel per testes, qui duo sufficient. (x)

41. Cæterum si debitor suas exceptiones intra decem dies probaverit, Judex proferet sententiam, annullando executionem factam, condemnandoque creditores in expensis: cujus sententiæ absolutoriæ formam habes infra in processu executivo sermone Hispano fulminato.

42. Si verò debitor intra decem dies exceptiones non probaverit, Judex proferet sententiam ultimæ executionis, confirmando executionem factam, condemnandoque debitorem ad solutionem debiti principalis, & expensarum: cujus sententiæ condemnatoriæ formam habes infra in dict. processu sermone Hispano fulminato. 43. Et tunc, datur quartum præconium, & bona sic vendita adjudicantur licitanti, & ex eorum præcio creditori solvitur: & si debitor à tali sententia appellaverit, non obstante appellatione, Judex præcipiet, solutionem creditori fieri, dummodo creditor præster cautionem secundum formam leg. *Toleti*, id est, quòd si apud Suprema Tribunalia sententiæ executionis revocata fuerit, restituet debitori bona executioni mandata cum duplo: quæ lex *Toleti* habetur in leg. 2. tit. 21. lib. 4. Recop. nam appellatio interposita à sententia ultimæ executionis, id est, *de trance, y remate*, non habet effectum *suspensivum*, sed *devolutivum* tantum. Et ita, si causa executionis delata fuerit ad Suprema Tribunalia per viam appellationis, post solutionem creditori factam,

(t) Et notat Joan. Gutier. in Repet. leg. *Nemo potest*, n. 437. ff. de *Legat.* 1.
 (u) Juxta speciem text. in leg. *Testium*, Cod. de *Test.* & in leg. 32. tit. 16. Part. 3.
 (x) Ut in cap. *In omni negotio*, de *Testib.*
 (y) Num. 2. in leg. *A. D. Pia*, §. *In venditione*, ff. de *Re judic.* & eam agnoscit Covar. lib. 2. Variar. cap. 11. n. 3.

& ibi inventum fuerit, quòd auctio publica non fuit facta, secundum formam præscriptam in leg. 19. tit. 21. lib. 4. Recop. vel secundum aliam formam *more regionis* receptam; quamvis jure optimo, & jussu executio facta fuit, tunc revocatur ipsa Judicis pronuntiatio, & tota executio facta: mandaturque, *omnia bona jure executionis capta debitori restitui, & absque ullis expensis*, dummodo debitor prius solvat creditori quantitatem nominatim expressam in instrumento, præstita cautione fidejussoria ab ipso creditore *de judicio sistendo*, & *judicato solvendo*, quoad repetitionem indebitæ pecuniæ, juxta formam dict. leg. *Toleti*.

44. Aliquando tamen omitti solet illa clausula de fidejussoribus, quoties Supremi Judices suspicantur, nullam defensionem adversus instrumentum competere debitori, & ista praxis ortum habuit à leg. fin. §. fin. ff. de *eo, quod metus causa*, quam ad hoc citant Alexander, & Jasso, (y) & transcribit Didac. Perez, (z) qui resolvit, eandem præxim observandam fore, quoties ad Consistoria Civitatum causa executionis deferretur per appellacionem, in causis non excedentibus decem millia marapinorum, juxta text. in leg. 7. tit. 18. lib. 4. Recop. Et qualiter in gradu appellacionis Auditores Regii procedant, quando ad eos defertur processus executivus, ponit Monterosus. (a)

45. Solet etiam Judex, coram quo executio petita fuit, antea quam proferat sententiam ultimæ executionis, tanquam suspectus reculari: qui reculatio de jure fieri potest, quia hujusmodi Judex est plus, quam merus, & nudus Executor, cum habeat facultatem pronuntiandi, & per consequens juris cognitionem; 46. ideoque reculari poterit: (b) quæ reculatio erit formanda eo modo, quòd diximus in 1. parte hujus 1. Tomi, in 10. Tempore.

47. Adverte etiam, quòd si bona executioni mandata, in publica subhastatione distracta, non sufficiant ad solutionem debiti, tunc datur præceptum Judicis contra fidejussorem de evictione, id est, *de sancamento*, ut debitum cum expensis solvat, alias in carcerem detradatur: quòd præceptum alias dari non debet, quia fidejussor de evictione datus fuit in subsidium.

48. Adverte insuper, quòd debitor poterit

(y) In leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. gloss. 1. col. mili 1071. & sequenti.
 (z) In sua Pract. Tract. 5. cap. 5. fol. 85. pag. 2.
 (a) Secundum gloss. in cap. *Novis*, de *Appell. verb. Debniffer*, & ibi notant Imol. Panorm. & Præp. n. 7. Arch. & Præp. in §. *Ab executione* 2. quæst. 6.

rit ex consuetudine hujus Regni bona movilia distracta in publica subhastatione ad instantiam creditoris retrahere intra triduum; bona verò immobilia intra novem dies. (c) Tamen Supremi Judices solent longiorem dilationem debitoribus concedere, ad extrahendam rem legitime venditam in publica subhastatione, abique fructuum restitutione, cum id porius ex gratia, quam ex juris rigore faciant. (d)

49. Unde constat, quod terminus quatuor annorum, quem vulgares solent dicere, se habere ad retrahendam rem in publica subhastatione venditam, non procedit, nec de jure, nec de consuetudine: quia talis retractus fieri non potest, nisi Judicibus Supremis ex aliqua justa causa visum fuerit, aliquam dilationem debitori concedendam fore, ut puta, quando res distracta fuit non justo pretio, vel quando illa venditio pignorum facta fuit alicui licitatori, ut statim pignora traderet creditori, secundum Covarruviam, (e) & sequitur Didac. Perez, (f) qui inquit, 50. in hac specie melius cautum esse creditori, quod non subroget licitatore, ut praesumptio fraudis evitetur: & ut sibi bona distracta sine circuitu applicentur, si utatur consilio Juriconsulti, (g) nempe, quod petat additionem bonorum, & non supponat tertium licitatore; mihi autem videtur magis cautum fore creditori, si ipsemet emat pignora capta pro executione, (h) sic enim evitatur illud inconveniens resurgens ex simplici additione pignoris pro re debita facta à Judice; quod minus valet, residuum petere non poterit victor. (i)

Autem pignus sit majoris estimationis, & simpliciter adjudicetur victori, in totum adjudicatio vicariatur: (j) idcirco cautius erit emere pignus publicè, quam petere illud sibi dari insolutum: si tamen quis remedio adjudicationis maluerit uti, eam petere debet, vel à Judice factam acceptabit, sub protestatione Jassonis, (k) nempe, quod protestatur, quod si pignus minus valebit, residuum possit petere, vel si sibi ab alio evincatur, quod non discedit à prima obligatione. Ordo supradictus observatur, quando proceditur *via executiva* inter ipsum creditorem, & debitorem principalem, vel ejus heredem: aliter tamen

(c) Secundum Didac. del Castill. in leg. 70. Taur. verb. *El remate*.
(d) Secundum Covar. in lib. 2. Variar. cap. 11. n. 3.
(e) Ubi sup.
(f) In dict. leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. mihi 107.
(g) In dict. leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. mihi 107.
(h) Juxta text. in leg. 2. Cod. *Si in caus. jud. pign. cap. sit* & ita consilium Paul. Castren. in leg. 4. D. Pio, §. *Si pignora*, n. 1. ff. *de re judic. de his signi posse*, tenet gloss. in

proceditur, quando alius tertius comparet pro suo interesse, ideo oportune agendum erit, qualiter in tali casu procedi debeat.

EX CAPITE QUARTO.

SUMMARI.

1 **T**ertius oppositor, qui alicui executioni pro suo interesse opponitur, ad probationem sui juris cum termino ordinario admittendus erit: & executioni interim superseditur.

2 Tertius oppositor de jure Communi summam de jure suo docere debet, sed de jure Regio non astringitur statim de jure suo docere, sed via ordinaria.

3 Qua habent locum in tertio oppositore, qui sententia executioni mandat a se opponi, habent etiam locum in eo, qui instrumenti executioni se opponit.

4 Uxor habens specialem hypothecam in aliqua re, & in reliquis generalem, non potest impedire executionem posterioris creditoris factam in aliis bonis ab illa speciali, nisi eam ad solutionem dotis non sufficere prius consiterit.

5 Excusio in hypotheca, de qua in Auth. Hoc si debitor, habet etiam locum in hypotheca dotali.

Tertius oppositor non impedit executionem à posteriore creditore petitam, quando debitor habet bona sufficientia, ad solutionem prioribus, & posterioribus creditoribus faciendam, si petens id probet.

6 Creditor prior in obligatione, & posterior in solutione preferendus est ei, qui posterior est in obligatione, licet prior in solutione.

7 Creditor ex justa causa ante diem agere valet.

CAPUT QUARTUM.

DE TERTIO OPPOSITORE.

Supradictus modus procedendi in executionibus instrumentis publicis, & privatis recognitis observatur inter ipsum creditorem petentem executionem, & inter debitorem principalem, vel ejus heredem: 1. ceterum, quando

dict. §. *Si pignora*, & ibi Bart. & ceteri Bald. in leg. *Ordo*, n. 5. Cod. *de Exec. rei judic.*
(i) Juxta gloss. Bartol. & reliquos in dict. §. *Si pignora*.
(j) Secundum Bartol. in leg. *Si non sortem*, §. *Si centum*, n. 6. ff. *de Condit. indeb.* & ibi Jass. n. 1. & in leg. *Si is, ad quem*, n. 17. ff. *de Acquir. hered.*
(k) In leg. *Non solum*, §. *Moris*, n. 48. ff. *de Oper. nrv. nunt.*

quando alius tertius oppositor comparet pro suo interesse, asserens, bona executioni mandata sibi competere, & in eis jus efficacius habere, sequè praesumendum esse ceteris creditoribus in praedictis, bonis executioni mandatis, ut puta, si uxor pro sua dote, vel alii creditores magis privilegiati compareant, statim, & in continenti Judex admitti oppositionem, teneturque causam ad probationem cum termino ordinario recipere, & via executiva efficitur ordinaria: coplaque oppositionis primo creditori, & aliis datur: articuli porriguntur, testes, & instrumenta producuntur, executionique interim superseditur. 2. Et licet de jure Communi tertius oppositor summam, & intra breve tempus de jure suo docere deberet, & quod ex praedicta executione damnum sibi fieret; (a) hodie tamen de jure Regio tertius oppositor compellendus non erit statim docere de jure suo, sed causa recipienda erit incontinenti ad probationem, cum termino ordinario, & de via executiva ordinaria efficitur, juxta text. in leg. 4. tit. 4. lib. 3. Recop. Quae lex licet situr sub titulo specialia de *los Adelantamientos*, ejus tamen dispositio extenditur ad quoscunque alios Judices, cum nulla alia major specialitas vetiatur in illis, quam in aliis: praesertim, quod quando Rex rescriptit uni Praefidi, omnibus censetur rescriptisse. (b)

Et quando iste tertius oppositor admitti debeat, tradit elegantè, & copiose D. Castellus, (c) & resolvit Covarruvias in Pract. Quest. cap. 16. ubi num. 4. firmat, hunc tertium oppositorem impedire executionem ab alio petitam, & pignorum venditionem, vel possessionem, in quibus facta fuit executio, quamvis se opposuerit post sententiam ultimae executionis latam: & hanc opinionem prius tenuit Gregor. Lupus in leg. 1. tit. 14. Part. 5. (d) & juxta hanc opinionem respondi, dum de isto articulo Madriti fuisset interrogatus à quodam peritissimo Causidico eum in praxi habentem: quidam enim Judex criminum Curia

nolebat admittere oppositionem ejusdem conjugata factam pro suo dote exigenda, contra executionem in bonis mariti factam virtute instrumenti publici, ex eo quod se opposuit illa conjugata post sententiam ultimae executionis ante venditionem pignorum, & solutionem factam perenti executionem: Causidicus uxoris allegabat Judici dictam leg. 4. tit. 4. lib. 3. Rec. Judex verò asserbat, legem illam intelligendam esse, quando tertius se opponeret ante sententiam ultimae executionis, deinde asserbat, legem praedictam procedere solummodo in executione facta virtute sententiae, non verò, quando virtute instrumenti: respondi Causidico, quod satisficeret primae difficultati Judicis per notata à Greg. Lopez in dict. leg. 1. & à Covarruvia in dict. cap. 16. ex cujus doctrina posset etiam satisfacere secundae difficultati: 3. nam in dict. cap. 16. in fine, inquit, omnia contenta in illo capitulo procedere, quando tertius se opponit executioni instrumentorum: nam executio instrumenti aequiparatur executioni sententiae. (e) Et quando uxor pro dote preferenda sit reliquis creditoribus, traditur in leg. *Asiduis*, & in leg. fin. Cod. *Qui potior in pign. habeant*, quibus convenit leg. 33. tit. 13. Part. 5. & latissime resolvit Covarruvias omnino videndus. (f)

4. Circa quem articulum adverte, quod si uxor habuerit specialem hypothecam in una re mariti pro dote, & generalem in reliquis bonis mariti, non poterit impedire executionem posterioris creditoris factam in aliis bonis; sed tantum factam in illa re specialiter sibi hypothecata, nisi prius consiterit, rem illam specialem hypotheca obligatam ad solutionem dotis non sufficere: (g) 5. nam discussio requisita in aliis hypothecis, de qua in Auth. *Hoc si debitor*, Cod. *de Pignor.* necessaria etiam est in hypotheca dotali, secundum Glossam, (h) & ita fuisse pronuntiatum in Granateni Praetorio semel, & iterum concordi judicium suffragio, dicit Covarruvias, (i) ex quibus sic, quod si debitor, contra quem petita fuit exe-

(a) Juxta text. in cap. *Veniens II. de Testib.* & ibi Panorm. & Felin. communiter omnes ex Covar. in Pract. Quest. cap. 16. n. 1.
(b) Secundum Bartol. in leg. *Relegatorum*, ff. *de Interdict. & relog. §. Interdicere*, n. 3. & ita praedictam, leg. Regiam intelligit Joan. Gutier. in Reper. leg. *Nemo potest* n. 321. ff. *de Legat. 1.*
(c) In leg. 64. Taur. in verb. *Apelation*.
(d) In gloss. 1. qui satisfacit text. in leg. *Is à quo*, ff. *de Rei vendic.* & in leg. pen. ff. *de Perit. hered.* & latius tradit Castell. in dict. leg. 64. Taur. gloss. verb. *Apelation*, versic. *Se allegue*.
(e) Secundum Bartol. in leg. *Cum unus in fin.* ff. *de Bon. auct. judic. possid.* & Bald. in leg. fin. col. 2. eod. titul.

quod esse notandum, dicit Rebus. in Tract. de Litter. oblig. art. 1. gloss. 9. n. 42.
(f) In lib. 1. Variar. Resolut. cap. 7.
(g) Juxta text. in leg. 3. Cod. *de Pignor.* quem text. etiam in hac specie hypothecae dotalis procedere, firmat Bald. ibi, & Roman. in cons. 187. Rip. in leg. *Privilegium* num. 19. ff. *de Privileg. credit.* & Aim. Cravet. in cons. 77. num. 15.
(h) In leg. *Ubi adhuc*, verb. *Qui potior*, Cod. *de f. dot.* quam resatur communiter receperat Jass. in leg. *constante*, n. 201. & 208. ff. *Solut. matrim.*
(i) Lib. 3. Variar. cap. 18. n. 3. omnino addendus, dict. leg. 2. Cod. *de Pignor.*

cutio habeat bona sufficientia, ad satisfaciendum prioribus creditoribus, & etiam perenti executionem, & iste perens executionem hoc probet, quod tunc exceptio tertiū oppositoris, tanquam malitiose opposita, non erit admittenda: ita cum Glossa, & communi in cap. *Suscitata*, de *Offic. Deleg.* tradit Covarruvias. (j)

Adverte etiam ad singularem speciem facti de isto tertio oppositore quoridie in praxi contingentem, ut puta, unus habebat obligationem contra aliquem cum hypotheca bonorum, qua fuit celebrata ultima die mensis Januarii, anni MDLXXXI. & solutio ejus destinata fuit in diem Paschatis Resurrectionis ejusdem anni MDLXXXI. & celsit dies solutionis, debitorque petit executionem adversus debitorem, & facta fuit in bonis ejusdem; & in isto debito consumebatur totum patrimonium debitoris: & alter, tanquam tertius se opposuit executioni, asserens se praferri debere in illis bonis, quia contra debitorem aliam obligationem habebat cum hypotheca bonorum celebratam prima die mensis Januarii, anni MDLXXXI. cujus solutio destinata fuerat in diem Ascensionis Dei Optimi. Maxim. ejusdem anni MDLXXXI. ac ideo cum ejus obligatio esset prior in tempore, & per consequens posterior in jure, assereret se praferendum esse in praedictis bonis. Ex adverso tamen objicebatur ei, quod non erat audiendus: nam licet ejus obligatio esset prior in tempore, tamen dies solutionis nondum celsset, quo circa audiri non debebat. (k)

6. Unde pro resolutione hujus articuli dicendum est, quod in proposita specie is, qui prior fuit in obligatione, quamvis posterior fuit in solutione, praferendus est ei, qui posterior fuit in obligatione, licet prior in solutione. (l) Neque huic veræ resolutioni obstat, quod dies solutionis nondum celsset, & sic videbatur ante diem non posse agi: nam respondeo, quod data legitima causa, puta quia debitor erat suspectus de fuga, vel quia ejus patrimonium consumebatur in debito posteriori, tunc enim ante diem agi potest. (m)

7. Advertendum tamen est, quod, licet quando tertius se opponit pro suo interesse executioni factæ in bonis debitoris, de via execu-

tiva efficiatur ordinaria, quoad ordinem procedendi, juxta dictam leg. 41. tit. 4. lib. 3. Recop. tamen, quoad decisionem causæ, si is, qui petit executionem fuerit praferendus, Judex juvebit, quod in executione petita procedatur, pronuntiando sententiam ultimæ executionis de *trance*, & remate, & idem observandum erit in quocunque loco, in quo inter creditores, qui se opposuerunt, fuerit positus ille, qui executionem petit: nam respectu ejus, & quoad solutionem sui debiti, semper Judex pronuntiare debebit, quod in executione procedatur, & sibi solvatur, nec appellatio ab aliis creditoribus interposita impedit executionem ultimam, sed ei erit satisfaciendum: nec obstat doctrina Panormitani, (n) qua docet, statutum removens appellationem, quoad instrumentum garantigium, non censeri removere, quoad tertium oppositorem: nam dict. leg. 41. tit. 4. lib. 3. Recop. loquitur tantum, quoad ordinem procedendi, ut supra diximus. Adverte etiam, quod iste tertius oppositor poterit se opponere coram Judice requiritur pro executione alicujus instrumenti, vel sententiæ faciendæ, ab alio Judice requirente, vel coram merito executive, & erit admittendus, nec debet remitti ad Judicem requirentem, ut coram eo se opponat, ita resolvit Covarruvias: (o) & jam ego sic semel, & iterum in praxi obtinui.

Contingit aliquando, aliquem plures creditores habere, nec bona sibi suppetere ad satisfaciendum omnibus, & pro debitis est in carcere detentus: tunc enim est proditum sibi quoddam remedium à lege, ut dimitratur à carceribus, nempè, celsio bonorum, de qua opportunè erit videndum.

EX CAPITE QUINTO.

SUMMARI A.

1. **L**EX duodecim Tabularum lege Petilia sublata est, & ea cautum, liberum hominem ob creditam pecuniam in vinculis non detineri.

2. Homines liberos non dandos in servitium, aut pignus creditoribus.

3. Debitor bona possidens, nunquam ad carcerem ducitur: eis tamen carens vinculis detinendus.

(j) In Pract. Quæst. cap. 16. n. 1.

(k) Juxta text. in leg. 1. Cod. de *Condit. ex lege*, & in leg. *Qui mandaverit* in princ. & in leg. *Eum qui Kalendis*, ff. de *Verb. oblig.*

(l) Per text. notabilem in leg. 1. ff. *Qui prior*, in pign. habent. ibi: *Non nique solutionum servanda sunt tempora, sed dies contractus obligationis*, cui text. addendus est Rip. in leg. *Privilegia*, ff. de *Privil. credit.* Ad idem est melior text. in leg. *Qui balneum*, §. 1. ff. *Qui prior*, facit etiam

text. in leg. *Potior*, §. *Videamus*, & in leg. *Nuntius*, ff. *Qui prior*.

(m) Juxta text. in leg. *Quæstum*, ff. de *Pign.* & in propria specie ita resolvit Roder. asserens, se semper ita obtinuisse in dict. leg. *Post rem judicatam* l. *limit.* 7. n. 4. & Fanus de *Pign.* 4. part. n. 15. tamen si oppositum tenet Didac. del Castillo in leg. 64. *Taur.* in gloss. fin.

(n) In cap. *Super eo* de *Offic. Deleg.*

(o) In Pract. Quæst. cap. 16. n. 5.

cerem ducitur: eis tamen carens vinculis detinendus.

4. Debitor reddituum Regalium, etsi bona possideat, carcerem mancipandus erit: nec celsio bonorum uti poterit.

5. Debitor, nisi in carcere detentus, bonis cedere non potest.

6. Celsio bonorum illius, qui ad unius creditoris instantiam carere detentus est, ceteris omnibus creditoribus nocet, qui nec tunc citandi erunt.

7. Celsio bonorum absque aliquo ignominioso actu fieri debet.

8. Debitor, ut bonis cedere valeat, debitum prius consisti, aut de eo condemnari debet.

9. Cedens bonis ea omnia creditoribus dimittere tenetur, præter quotidianas vestes, & instrumenta necessaria suæ artis.

10. Cedens bonis cautionem juratoriam præstat de solvendo are alieno, quando ad pinguem devenit fortunam.

11. Effectus celsionis bonorum est, quod deveniens ad pinguem fortunam solvat debitum, alimentis necessariis prius sibi servatis.

12. Debitor, qui cedit bonis, nec naturali, nec civili obligatione liberatur, sed exceptionem sibi parat.

13. Leg. 3. tit. 15. part. 5. qualiter intelligenda.

14. Cedens bonis, licet actibus ignominiosis, in anima judicio solvere tenetur cum potuerit.

15. Beneficio celsionis bonorum renuntiari non potest, etiamsi cum juramento renuntiatio fiat.

16. Beneficio celsionis bonorum non gaudet cedentis fidejussor.

17. Debitor alicujus obligationis descendens ex delicto non gaudet celsionis beneficio.

18. Leg. 9. tit. 16. lib. 5. *Compil.* quomodo intelligenda.

19. Commutatio pænæ pecuniaria in corporalem, non procedit in Nobilibus.

20. Olim debitor tradebatur creditoribus, ut eis inserviret, donec debitum solutum esset arbitrio judicis.

21. Debitor in carcere detinetur, donec cedens bonis catena renuntiet, & tunc creditori tradendus, ut ei inserviat, collo torque ferreo appposito.

22. Qui per sex mensium spatium in carcere remansit, celsionem bonorum censetur ipso jure fecisse, ut creditor tradatur valet cum torque ferreo.

23. Circa celsionem bonorum uniuscujusque loci consuetudo servanda.

CAPUT QUINTUM.

DE CESSIONE BONORUM, QUÆ VULGO dicitur: Celsion de bienes.

1. **L**Ege Petilia sublata fuit lex XII. Tabularum, qua fuit cautum, ne quis ob pecuniam creditam in vinculis detineretur, sed ejus bona, non corpus essent obnoxia debito, & creditor, ut refert Titus Livius Decad. 1. lib. 8. & inde Imperatores decreverunt, ne debitores liberi darentur in servitium, aut in pignus creditoribus. (a)

3. Sed circa solutionem debitorum faciendam auctoritate Judicis, observatur, quod si debitor bona possiderit, nunquam ad carcerem ducatur; (b) si tamen bonis caruerit, publicis vinculis detinendus erit: (c) 4. tamen si debitum fuerit ratione reddituum Regalium, quamvis debitor bona habuerit, pro solutione mittendus erit in carcerem, donec solverit, (d) nec poterit uti beneficio celsionis, ut in leg. 5. tit. 19. lib. 9. Recop. Et si plures habuerit creditores, nec bona sibi suppetant ad eis satisfaciendum, & in carcere fuerit detentus; tunc proditum est quoddam sibi remedium à leg. 1. Cod. *Qui bon. ced. pos.* Cui convenit leg. 4. tit. 15. Part. 5. nempè *Celsio bonorum*.

Et quid sit celsio bonorum, & quæ requirantur ad ejus validitatem, & quid operetur, & quis possit bonis cedere, tradit Marth. Brunus in Tract. de *Cessione bonorum*, qui per sexaginta, & septem quæstiones hanc materiam celsionis copiosissime tradit, ad quem recurrendum erit, quando casus occurrerit. Est Tract. ille inter Tractatus de pignoribus, & asscurtionibus in fine, & antea quam illum viderem, decreveram latiori sermone tradere hanc celsionis materiam; postmodum autem ab infinitio recessi, & solum aliqua ejus principia attingere, pro juvenum instructione, curabo.

X 2 In

(a) Ut in leg. *Ob et*, & in Auth. *Imò*, Cod. de *Assur.* & oblig. & in Auth. *Ut nulli judicium*, §. *Quia vero*, Collat. 9. & in leg. 2. Cod. *Quæ res pignori oblig. poss.* & in cap. 2. de *Pign.* tradit Baeza in Tract. de Inope debitor. cap. 1. n. 6. in quo Tract. plura de hac materia congerit.

(b) Juxta text. in leg. *AD. Plo*, §. *In venditione*, ff. de *Re judic.* & in cap. *Per venit*, de *Fidejuss.*

(c) Juxta gloss. in leg. 3. §. *Tutoris*, ff. de *Suspect. tutor.*

quam testatur communiter receptam Alexand. in dict. §. *In venditione*, & Aret. in leg. *Martianum*, §. *Elegantior*, n. 7. ff. *Solut. matrim.* & Rip. in leg. *In obligatione*, ff. de *Pignori*, n. 20. & plures alii Relati, ac recepti à Baeza, ubi supr. in dict. cap. 1. n. 26.

(d) Juxta text. in leg. *Nemo carcerem*, Cod. de *Execut. tribut.*

5. In primis advertes, hanc cessionem facere non posse, nisi eum, qui carcere fuerit detentus ad instantiam creditorum, vel saltem ad petitionem unius ex pluribus: 6. quæ cæsis omnibus præjudicabit, (e) nec tunc alii creditores necessario citandi erunt: (f) 7. quæ cæsis, absque aliquo actu ignominioso, fieri debet; (g) 8. requiritur tamen, quod prius quam debitor bonis cedat, condemnatur, vel confiscatur debitum in iudicio. (h)

9. Teneturque debitor omnia sua bona creditoribus dimittere, ut vendantur, nil penitus sibi relinquens, præter vestes quotidianas: (i) dimituntur etiam eidem instrumenta necessaria suæ artis, ad victum quaerendum: (j) 10. tenebitur etiam debitor præstare cautionem juratoriam de solvendo ære alieno, cum ad pinguorem fortunam devenierit, tenebitur debitum solvere, deductis sibi alimentis necessariis, & iste est effectus hujus cessionis. (l)

12. Itaque debitor per prædictam concessionem non liberatur à naturali, & civili obligatione, sed tantum acquirit exceptionem, secundum Cinum; (m) tamen Glossa (n) tenet, debitorem per cessionem liberari à civili obligatione. 13. Unde licet text. in leg. 3. tit. 15. Part. 5. dicat, debitorem cedentem bonis conveniri postea non posse, & conventum respondere non teneri; tamen illud debet intelligi, procedere cum effectu; bene tamen tenebitur comparere, ad allegandam suam ex-

ceptionem, & si ad pinguorem fortunam devenierit, non liberabitur à civili, & naturali obligatione ope exceptionis: 14. Ideoque in animæ iudicio tenebitur, etiam acibus iugnomiosis cæsis facta fuerit, secundum Sotum; (o) quamvis Menochius (p) defendat tunc in totum debitorem liberari.

15. Nec beneficio cessionis à debitore renuntiari poterit, imò renuntiatione facta, prædicto beneficio poterit uti: (q) & Joann. Gutierrez (r) cum communi relolvit, beneficio cessionis cum juramento renuntiari posse, adducens pro hac opinione text. in leg. 5. tit. 9. lib. 9. Recop. ubi ponitur casus, in quo bonis cedi non potest, & quod contrahentes iurent, se renuntiatione cessionis non uti; 16. cuius tamen contrarium tradit Bæza: (s) fideiussor etiam non liberabitur per hanc cessionem factam à debitore principali, nec gaudebit ejus beneficio, cum sit personale. (t)

17. Hoc tamen beneficio cessionis non poterit uti debitor alicujus obligationis descendens ex delicto, ut relolvunt communiter omnes, secundum Julium Clarum, (u) & Covarruviam, (x) & Didac. Perez, (y) & Martienzum (z) satisfactientes text. in leg. 9. tit. 16. lib. 5. Recopil. 18. ut dum illa lex disponit, quod damnatus causa criminis ad pecuniæ solutionem, pro damno accusatori illato, possit bonis cedere: intelligi debeat in casu, quo loquitur; scilicet verò esse, si poena pecuniaria imposita fuisset, pro ipso crimine ad eum vindictam: nam tunc in corpore deberet lue-

re:

(e) Secundum DD. communiter, præferri Enric. in cap. Oduardus, de Solutione. & in leg. 4. & ibi DD. ff. de Cess. bonor. & in leg. 3. tit. 15. Part. 5. Salic. in dict. leg. 1. n. 4. Guid. Pap. conf. 124. n. 7.

(f) Secundum Petr. Jacob. in Pract. Rub. de Cessione bonorum, & Covarr. lib. 2. Variar. cap. 1. n. 5.

(g) Juxta text. & ibi gloss. & DD. in leg. antepen. Cod. Quibus bonis ced. poss.

(h) Secundum communem sensum, & veriore litterarum text. in leg. pen. & fin. ff. de Cess. bonor. & firmat gloss. 1. in dict. leg. 1. text. in leg. 1. tit. 15. Part. 5. & communiter omnes ex Joan. Gutierrez, de Juram. confirm. 1. part. cap. 17. n. 3.

(i) Juxta text. & ibi gloss. in leg. pen. ff. de Cess. bonor. & in leg. 1. tit. 15. Part. 5. & relolvunt Ant. Gom. in leg. 79. Taur. n. 1. & Covarr. ubi supr. & Joan. Gutierrez, de Juram. confirm. 1. part. cap. 16. n. 11.

(j) Secundum Medin. in lib. de Contract. quæst. 3. causa 3. & quæst. 5. & Navar. in Manual. cap. 17. num. 86. quod dubium reputat Covarr. ubi supr. apud Forensia Tribunalia.

(k) Secundum gloss. Hoff. Joan. Andr. Enric. & alios in dict. cap. Oduardus, & Jacob. Menoch. lib. 2. de Arbitr. cent. 2. cas. 183. n. 20.

(l) Ut probatur in leg. 4. ff. de Cess. bonor. & in §. fin. Instit. de Actio. & in leg. 3. tit. 15. Part. 5. tradit Covarr. ubi supr. n. 6. & Anton. Gom. in dict. leg. 79. Taur.

& Menoch. ubi supr. n. 21.

(m) Bald. & alios in dict. leg. 1. & communiter omnes ex Jass. in §. ultimo, col. 1. Instit. de Actio.

(n) In leg. Ubicumque, ff. de Fideiuss.

(o) Lib. 4. de Jul. & jur. quæst. 7. art. ult. & Covarr. ubi supr. n. 6.

(p) Ubi supr. n. 22.

(q) Secundum Bart. & Imol. in leg. Alia, §. Eleganter, ff. Solut. matrim. Addit. Alex. in conf. 37. n. 6. in verb. Bonorum, ubi hanc opinionem dicit communem Panorm. Enric. & alios in dict. cap. Oduardus, Matth. Brun. in Tract. de Cessione. bonor. in quæst. 20. princ. num. 1. §. 9. 12. & 15. & Covarr. ubi supr. n. 7.

(r) Ubi supr. cap. 18. n. 1. ubi n. 4.

(s) Dict. cap. 1. n. 41. & 42. cum Covarr. ubi supr. num. 7.

(t) Juxta text. in leg. Heres à debitore, §. Quod si stipulator in fin. ff. de Fideiuss. & ibi tradunt Bart. & alii, & in leg. 3. tit. 15. Part. 5. & notat Anton. Gom. in dict. leg. 79. Taur. n. 2.

(u) Lib. 5. Sententiarum, §. fin. quæst. 95. n. 5.

(x) Ubi supr. n. 8.

(y) In leg. 3. tit. 1. lib. 3. Ordin. gloss. 1. vers. Quæro utrum.

(z) In leg. 9. tit. 16. lib. 5. Recopil. gloss. 1. num. 3.

re: (a) idque obtinet, etiam si reus solverit integram summam præter unum denarium, ad huc enim luere debet in corpore, ut cum pluribus relolvit Tiraquellus, (b) & ista opinio, tanquam vera, & communis tenenda est, quamvis Panormitanus (c) teneat, cessionem in delictis admittendam fore, quando reus non habeat, unde solvere possit, (d) qui tamen text. de delictis nullam mentionem facit, nec text. in cap. 1. cap. Referente, de Delictis pueror. suffragatur Panormitano, cum ibi nulla mentio cessionis fiat. 19. Adverte tamen, quod illa commutatio poenæ pecuniariæ in corporalem non procedit in Nobilibus. (e) * Intellege præterea, poenam pecuniariam, etiam pro delicto impostam à Judice, ad vindictam ipsius delicti, remitti, vel minui posse per Judicem, etiam si Fisco esset talis poena applicata, juxta text. in leg. 4. tit. 22. Part. 3. (f)

20. At verò ex hujus regni legibus sancitum erat, debitorem tradendum esse creditoribus ipsis, ut eis serviret, donec debitum solutum foret arbitrio Judicis, ut in leg. 12. & 17. tit. 20. lib. 3. Fori, & in leg. 2. tit. 8. lib. 3. Fori, quæ hodie habentur in leg. 4. tit. 16. lib. 5. Recop. 21. Deinde Pragmaticis constitutionibus statutum fuit, quod debitor in carcerem missus detineretur, quousque bonis cederet, & carere renuntiaret, & tunc creditor traderetur in ejus servitium, cujus ultimatio loco solutionis haberetur: & tunc debitor debet ferre torque ferream, ut in leg. 78. Pragmaticarum, quæ habetur in leg. 5. & 6. tit. 16. lib. 5. Recop. 22. Quinimò, ut per spatium sex mensium debitor in carcere maneat, ipso jure censetur facta cæsis bonorum, ac tradendum est creditoribus cum torque ferreo, ut in leg. 79. & 89. Pragmaticarum, quæ habetur in leg. 7. tit. 16. lib. 5. Recop.

23. In hoc tamen consuetudo uniuersusque loci observanda erit: (g) & an tunc uxor præferri debeat, & maritus eidem tradi, vide infra: (h) & qualiter tunc fulminandus sit processus, & peti, & petitio cessionis formanda, habes infra post processum executivum sermone Hispano fulminatam cap. 8. Aliquando debitor incarcerationatus, vel absens pro debitis non vult uti remedio cessionis bonorum, sed alio

remedio, nempe ut dilatio sibi detur à creditoribus. Unde opportunè videndum erit de prædicta dilatio.

EX CAPITE SEXTO.

SUMMARI A.

1. Debitor bonis cedere nolens quinque-nalem dilationem petere potest, & sibi danda, concurrentibus de quibus hic.

2. Ad dandam debitori dilationem quinque annorum, creditorum omnium convocatio in unum locum fieri debet, ut inter se de negotio discutere valeant.

3. Si aliqui creditorum, à quibus dilatio solutionis petitur, abfuerint, vocandi sunt, & si non venerint, absque eis danda dilatio.

4. Major quinque-nalis dilatio dari potest.

5. Debitor, cui datur dilatio ad solvendum, non tenetur præstare cautionem de solvendo intra tempus dilationis; licet aliud Castrens. velit.

6. Post terminum dilationis concessa debitor ad bonorum cessionem non admittendus.

CAPUT SEXTUM.

DE DILATIONE QUINQUE NNII debitoribus præstanda.

Beneficium aliud proditum est debitoribus inopia laborantibus in eorum favorem, per text. in leg. fin. & ibi Doct. communiter, Cod. Qui bonis ced. poss. & in leg. 5. tit. 15. Part. 5. ut putà, 1. quod si debitor nolit cedere bonis, dilatio spatii quinque-nalis detur sibi abolvendum creditoribus. Quod beneficium obtinebit, quando omnes creditores simul consenserint in danda sibi dilatio: vel quando major pars eorum secundum debiti quantitatem consenserit: vel quando æquales fuerint in numero personarum, & in quantitate debiti: vel quando in quantitate debiti fuerint æquales, in personis inæquales, si major numerus personarum consenserit. (a)

2. Et ad hoc ut competat hoc beneficium ultra supradicta requiritur, quod coadunatio

:&

(a) Ut probatur in leg. 1. in fin. ff. de Pænis, & in leg. fin. ff. de In jus vocand. & ibi gloss. text. in cap. Ad liberandum, de Judicis. Tradit Dec. in leg. Si quis id quod, n. 18. & 21. ff. de Jurisdic. omni. jud. & in hanc nostram speciem docet Bald. in §. Sicut præterea, n. 3. Instit. de Act. quo in loco plura de cessione bonorum congrit.

(b) In Tract. de Retract. convent. §. 4. gloss. 6. n. 28.

(c) In cap. Referente, n. 5. Extra de Delict. puer.

(d) Per text. in leg. cum, & filijfamilias, Cod. Qui bo-

nis ced. poss.

(e) Secundum Covarr. lib. 2. Variar. cap. 9. n. 4. vers. 8. (f) Et relolvit Avendan. in cap. Prætorium, 1. part. cap. 7. num. 7.

(g) Secundum Covarr. lib. 2. Variar. cap. 1. n. 5.

(h) In cap. 8. hujus 4. part. n. 4.

(a) Ut probatur in dict. leg. fin. vers. Et si quidem, & in leg. Et si juum heredem, §. fin. cum leg. sequenti, ff. de Paet. & in leg. 5. tit. 15. Part. 5.